



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Quatuor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conversione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

40. Mandar Riccium suscipit, Pechinu[m] ducendum, & deserit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

paginas, & interrogatis subindè Mandarinis gradu suo donatis eequam illarum profiteri legissent, ita ex singulis, & de singulis disserteret, ut peritior omnium vnus censeretur, quam quisque singularum; cùmque antehac Sinis nihil ad aures veniret acerbius, quàm nostrum hunc orbem Literatorum regnum esse, longèque alia esse illius ingenia, & sublimiores scientias; nunc subdit idemmet Riccius, illos se pudebat, dum viderent Externum, non modo complecti libros omnes quos venerantur pro canone, verum & lucem iis afferre egregiam, & quod perperam interpretabantur, intelligenter explanare; hinc dici non potest quanta in Riccium eorum obsequia procul inuidia, & superbo fastu; quàm se rastos viderent, dum esse in humanis præter Sinas nihil dignum aspectu cogitarant, mortales cæteros, cauerant tanquam hostes, aspernati fuerant veluti barbaros. Nec errem opinor si dicam Riccium in Cantonensis Prouinciæ solo ingrato & sterili retentum fuisse diuinitus, ut dum prodessè aliis non potest, elaboraret semetipsum, talèmq; fingeret, ut doctrinæ suæ concitata admiratione in Prouincia Chiansensi Doctorum hominum parente, vtramque deindè in Regiam Nanchinensem veterem, & Pechinensem vocaretur, aliisque in vrbibus Societati sedes, & Religioni verè ita tueret.

39.
Doctrinarij
Sinensium
peritior Ric-
cius, quam
Sinæ.

40.
Mandar Ric-
cium susci-
pit, Pechinū
ducendum,
& deserit.

41.
Via mirabi-
lis.

Subiit itaque interiores regni Prouincias Riccius, & Nanciani sedem fixit anno 1595. ducebat illum Scilan supremo ex ordine Mandarinus Assessor consilij bellici apud Regem, Pechinum accitus ad parandam expeditionem auxiliariam Caraio Sinis vectigali, aduersus Taicotamam Iaponiæ Regem. Sperabat Mandarinus à Riccio de cuius sanctitate & scientia audierat restituendam filio sanam mentem à qua illum infausti pudor examinis & probrosa repulsa dimouerat, vix potuit agere cum iuvene Riccius, ob infelices eaius, quibus conficiatum est id iter quod suis ad Aquauiuam præpositum, & cum qui nostris Macai præerat literis describit, illaque potissimum que sibi Nanchini accidere, & fundatam in vrbe Nanciano Societati domum. Profectus Sciaoceo Nanhionem Aprili exeunte, consolatus est illic veteres suos Christianos, nominatim Iosephum sanctum senem. In hæc viam iniuit miliarium triginta, perpetuis vtrunque arboribus opacam, æncenam villis, hospitij commodam, militaribus præstitis aduersus grassatores tutam; illac enim Sinis Europa, India, Malaca, Iaponia, Molucum, suas merces transmittit; illac Sinæ Quancum suas, quibus Indiam, australes insulas, & Occidentem ditant. Hoc vltro citroque, diu noctuque comœtu tam denso statur via, vt consuevis eius septem leucis P. Palmerius scribat se die integro eguisse. Quod autem viæ caput transuerso monte Mulino occupatum, assensus præberet difficilis, ingentis animi Mandarinus per medium montem viuo in saxo iter aperuit trium miliarium spatio, qua sua in publicum munificentia, templum promeritus est in montis vertice.